

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Rudolphi Goclenii Exercitationes et disputationes ethicae & politicae

Goclenius, Rudolph

Marpurgi Cattorum, 1601

VII. An divisio Peripateticorum bona sit: Aliabona sunt animi: alia corporis:
alia fortuna?

[urn:nbn:de:bsz:31-109121](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-109121)

ut est in Rhetoricis Aristotelis. Et cum febril
 conflictans in æstu appetit Zythum frigidum,
 quod etsi ratio bonum esse non iudicat, sed
 malum: sensui tamen bonum est. Omnia igitur
 appetunt bonum: sive sit simpliciter bo-
 num, sive alicui bonum: sive sit absolutum bo-
 num, sive comparatum, & aliò relatum: sive
 sit naturale bonum, sive morale bonum: sive
 sit verum solidumque bonum, sive apparen-
 sive sit natura bonum, sive opinione: sive sit
 per se bonum, sive per accidens. De triplici
 bonitate vide Scalig. exerc. 307. sect. 27. &
 eundem de duplici pulcro, ex. 300. sect. 4.

VII.

*An divisio Peripateticorum bona sit: Alia bona
 sunt animi: alia corporis: alia fortuna?*

Videtur negandum.

PERIPATETICORUM familia solet divi-
 dere bona in bona animi, corporis & for-
 tunæ, divitias, amicos, honores, & similia
 vocans bona fortunæ, quòd magis causæ all-
 cujus incertæ beneficio, quàm natura vel in-
 dustria humana comparari queant. Atque sic
 divisio ista λογική non est. Priora enim duo
 membra sunt subjecta: Posterius causa effi-
 ciens, quòd fortuna credatur ea elargiri. Tum
 autem logica fuerit, si pro τὸ Fortunæ furas
 Externa (τὰ ἐξωτά.) Fortuita enim, quæ illi vo-
 cant,

cant, sunt extra corpus, & non nisi mediata
 corpori adhibentur, vel potius extrinsecus
 totum hominem attingunt. Homo igitur est
 subiectum externorum bonorum sustinens.
 Hic recipit & sustinet honorem. Externa bo-
 na sunt adjuncta adhaerentia, quæ novè D. Po-
 lanus vocat sustentata. Honor recipitur ab
 homine, sustinetur ab homine, & adhæret ei.
 Bona verò interna (*τιὰ ἐντὸς*) nempe corporis
 & animi, sunt horum adjuncta recepta in hæ-
 rentia. Corpus & animus subiecta recipientia
 continentia. Si tamen fortuitis bonis so-
 lum nomen fortunæ reliquas, & simpliciter
 per ea intelligas externa, divisionem non re-
 jecerim, spectans ut logicus *ἡγεῖται* & senten-
 tiam potius, quàm verbum.

VIII.

*An divitia, virtutes, &c. sint neq; res bo-
 nae, neq; mala?*

Negatur.

STOICI disputarunt, quæ non sunt bona
ἠδύκωσ (moraliter) ea bona dici non debe-
 re: ut sunt opes. Ab illis abimus, cùm bo-
 num sit genus, seu *γενὸς*, complectens omnes
 res à Deo concessas & probatas. Plato in Gorgi-
 a utitur hac hypothese: Quædam res sunt
 bonæ, ut sapientia, sanitas. Quædam malæ, ut
 a sapientia, ægritudo. Quædam per se neque
 bonæ

R 3 bonæ